Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De arte amandi

https://hdl.handle.net/1874/323978

~~… MSS. Latini~~
~~… 196.~~

Aevum vetus.
Scriptores latini.
N° 14

Kast I
Pl. N:30
T. 820

Hs.
1 G 30

820 *(Lat. 14.) Membr. 8°. 18 ff. Saec. XIV exeuntis vel XV ineuntis.*
Pamphilus Maurilianus sive de arte amandi elegiae.

Fol. 1a. Incipit panphilus. Vulneror et clausum porto sub pectore telum, cet. Fol. 18a. Explicit pamphilus.

„Auctor horum carminum est Monachus Sec. XV. [?] Prodiit primum Venet. 1480 et a M. Goldasto editus est inter Ovidii Erotica, Francof. 1610." Nota Pt. Burmanni Secundi. — Ex ejusdem bibliotheca.

PAMPHILUS MAURILIANUS.

Sive de Arte Amandi Elegiae.

Auctor horum carminum est Monachus sec. XV. prodiit primum Venet. 1480. & a M. Goldasto editus est inter Ovidii Erotica Francof. 1610.

Variantes lectiones ex antiqua editione, vicem Codicis MS. referente, ad Goldastianam exacta, dedit Polycarpus Leyserus in Histor. Poët. medii aevi pag. 2071 & seqq.

Pamphili hujus elegos de Amore, a plerisque, se puero, lectos fuisse testatur Gyraldus Dial. V. de Poëtar. Hist. p. 305. ed. noviss.

pamphilus dicitur a pan quod est totum et philos quod est amor. quasi totus in amore positus.

Incipit pamphilus.

Querimonia pamphili.

Vulneror et clausum porto sub pectore telum.
Crescit et assidue plaga dolorque michi.
[s. puelle]
Et ferientis adhuc non audeo dicere nomen.
[s. me tre(?) et vide] [s. mea]
Non sinit aspectus plaga videre suos.
[s. unde]
Inde futura meis maiora pericula dampnis.
[s. spem salutis]
Spero salutis opem. nec medicina dabit
Quos prius ipse viam meliorem carpere possim.
[i. vado]
Heu michi quid faciam. non bene tutus eo.
Conqueror. estque mee iustissima causa querele
Cum sit consilii copia nulla mei.
Sed quia multa nocent opus est michi querere multa.
Nam solet ars dominum sepe iuvare suum.
[i. manifestet]
Si mea plaga suos denudet in ordine vultus
Que sit. et unde venit. armaque quis posuit
[s. plaga]
Perdet et ipsa sue fortassis spem medicine.
Spes reficit dominum. fallit et ipsa suum.
[s. mea plaga]
Si tegat ex toto faciem motusque doloris
Et numquam querat plaga salutis opem
[s. que in modo nocent.]
Forsitan evenient peiora prioribus istis.
Et michi continget protinus inde mori.
[i. inclusus]
Estimo monstrari melius. quia conditus ignis
[i. minor]
Acrior. effusus parcior esse solet.
[quasi dea et amoris]
Ergo loquar veneri. venus est mors vitaque nostra.
Ducunturque suis omnia consiliis.

quasi dicat. melius est ut amorem meum et plagam manifestem quam occultem.

Petri Burmanni Secundi.

ACADEMIA TRAIECTINA

·Supplicacio pamphili ad venerē·

Unica spes vite nr̄e venus inclita salue·
Que facis imperio cuncta subire tuo·
Quā timet alta ducū seruitꝙ; potēcia regū·
Supplicibus votis tu pia parce meis·
Ne sis dura michi· p̄cibusꝙ; resistere noli· ·s· meis
Sed fac quod posco· nō ego magna peto·
Dixi nō magna· misero michi magna vident᷑·
Sed tamē ista dare nō tibi difficile est·
Annuo die tantū· iā iamꝙ; beatus habebor· ·i· fauco tibi·
Et sic prouenient prospera cuncta michi· ·s· p te

Est michi vicina vellem nō esse puella ·Narracio pamphili scā veneri
Si nō subueniat gracia vestra michi· ·o venus
Nam solet amoto plus ledere proximꝰ ignis· ·i· igne remoto
Ne si mota foret lederet ipsa minus· ·i· a me remota ·s· puella
Fertur vicinis formosior omnibus illa· ·s· puellis
Aut me fallit amor· omnibꝰ aut superest·
Hec mea transfiecit certis precordia telis· ·s· amoris
Tela· nec inde queo vi remouere mea· ·s· illa ·i· a precordijs
Vulneris inde michi crescit dolor omnibꝰ horis· ·i· a telis
Decresciꝙ; color· visꝙ; · decorꝙ; meus·
Hec nulli dixi· hec que michi vulnera fecit·
Iustaꝙ; causa fuit dicere que vetuit·
Dicitur ⁊ fateor· ꝙ me melioribus orta est· ·hec ē cā q̄ vetuit dicē·
His igit᷑ metuo dicere velle meū·

Fertur & est verū q me sit dicior illa.
Et decus. & dotes. copia sepe rogat.
Nec michi sunt dotes. decus ingens. copia grandis.
Sed q habere queo. quero labore meo.
Dūmodo sit diues cuiusdam nata bubulci
Eligit e mille quemlibet illa virū.
Illius in forma nr̄os tremor occupat artus.
Et magis hec votum dicere causa vetat.
Concipit ingentes animos fiducia forme.
Inqȝ modū dominā nō sinit esse suam.
Has de corde meo temptaui demere curas
Sepius. instante te magis artat amor.
Et mala nr̄a vides. & nr̄a pericula nosti.
Unde precor precib⁹ mitis adesto meis.
Nec michi respondes. nec dictis porrigis aures.
Nec tua clara meū lumina lumen habent.
Aut tu tolle tuas de nr̄o corde sagittas
Aut tu seua tuis vulnera pasce iocis.
Quis posset causam tanti tolerare laboris
Que dn̄o flenti premia nulla daret.
Iuste precando tibi. michi nā dolor anxius instat.
Assiduasqȝ preces concipit ipse dolor.
Tunc venus hec inqt. labor ip̄rob⁹ oīa vincit.
Quolibet & poteris ipse labore frui.

Responsio veneris ad panphilū.

·s· puelle

Et monstrare tuos animos nulli verearis.
Vix erit e mille que neget una tibi.
Quodque precando petes, prius aspera forte negabit.
Sed leue pondus habet illius asperitas.
Nam iurando prius quos venditor ipse negabat
Venales census, improbus emptor habet.
Nec mare transisset pauidus si nauta fuisset
Turgida cum primum restitit unda rati.
Ergo tuis primum si non fauet illa loquelis
Arte uel ingenio sic facis ut faueat.
Ars animos frangit et firmas destruit urbes.
Arte cadunt turres. arte leuatur onus.
Et piscis liquidis deprenditur arte sub undis.
Et pedibus siccis per mare currit homo.

·i· obsequium et seruicium·

Rebus et in multis ars adiuuat officiumque.
Pauper sepe suo pascitur officio.
Et quamuis iusta sedatur principis ira
Seruat et illesum corpus opesque reus.
Et gaudet locuples qui flere solebat egenus.
Et modo vadit eques qui solet ire pedes.
Quod donare tibi minime potuere parentes
Hoc exercenti iam dabit officium.
Officiumque tuum primum si forte recusat
Tu seruire tamen esto paratus ei.

·i· talib[us] ·i· culpantis
H iis poteris superare minas causantis amice ·
F iet amica tibi que prius hostis erat ·
tu
I n quibus esse solet loca sepius ipse frequenta ·
·s· eã
S ine potes pulchris pascere pasce iocis ·
G audia semp[er] amat · & ludicra verba iuuentus ·
E t iuuenũ mentes hec in amore mouent ·
N ecnõ semp[er] ei te letis mentibus offer ·
E t cum leticia pulchrior omnis homo ·
N ec nimiũ taceas · nec verba sup[er]flua dicas ·
D espicit enim sepe puella virum ·
E xcitat & nutrit facundia dulcis amorẽ ·
E t mulcens animos mitigat illa feros ·
S i locus est illi iocundis viribus insta · ·Si loc[us] ·i· si oportunitas q[ue] loci & temp[or]is · ludendo iocare cũ ea decent[er] et honeste ·
Q uod vix sperasti mox dabit ipsa tibi ·
N on sinit interdũ pudor illi promere votũ ·
S ed q[uod] habere cupit hoc magis illa negat · vl' vetat ·
P ulchrius esse putat vi perdere virginitatẽ ·
·s· ad aliq̃
Q uam dicat de me fac modo velle tuũ ·
H oc nimiũ caueas si sit tibi pauca supellex ·
N esciat esse tuũ pauperiemq[ue] tuam ·
·i· [illegible]
E xiguo pulchram ducit sollertia vitam ·
·i· paupertatẽ
I ocundoq[ue] suas ore tegit lacrimas ·
Q uod nõ es simulare potes dictis habituq[ue] ·
M axima sors paruo contigit ingenio ·

Plurima mundus habet sua que vicinia nescit

.i. dicit que sunt sua

De quibus apta sibi plura referre potest.

Crede quod interdum multis mendacia prosunt.

Et quandoque nocet omnia vera loqui.

.i. puelle

Et stimulos famulasque suas sibi sepe loquentes

Allice colloquiis muneribusque tuis.

Ut semper dente referant bona verba vicissim.

Et pascant dominam laudibus usque tuam.

Dum dubias dubio mentes in corpe versat

An faciat an non nesciat velle tuum.

Tunc illam multo conamine sepe fatiga.

Ut citius poteris victor amore frui.

Pellitur huc animus hominum vel pellitur illuc

Sepe labore brevi dum manet in dubio.

.i. copulatorem vel copulatricem.

Et placeat vobis interpres fidus utrisque

Qui caute referat hoc quod uterque cupit.

Emula nam iuvenum diiudicat acta senectus

Et simul hoc prohibet deliciosa loqui.

Incipe spem anceps dedit dabit omnia tempus.

Non timor ullus erit in quibus esse times.

nota conclusionem — Non tibi plus dicam vinces studiosus amicam.

Inceptumque viis mille patebit opus.

.i. sanus

Pamphilus veneri — Incolumis leviter egro solacia prebet.

Nec minus infirmus sentit ab esse malum.

Consilio veneris michi non dolor alleviatur

·vel sevit·

Sed magis interius corpore regnat amor.

·s. venere·

Hactenus auxilii michi spes fuit omnis in illa.

Spes michi discessit. et manet ipse dolor.

·s. venus

Non miser evadam. me nauta relinquit in undis

·i. auxilium

Et portum quero. nec reperire queo.

·s. puellam

Et modo quid faciam. mea spes modo spectat ad illam.

Illi me leniter convenit ire loqui.

Quam formosa deus nudis venit illa capillis. ·pamphilus ad se ipsum qui vidit galatheam·

·s. de capill' vel de amore·

Quantus adest et nunc locus inde loqui.

·s. ipsa visa·

Sed subito tanti michi nunc venere timores

Nec mea mens mecum. nec mea verba manent.

Nec michi sunt vires. trepidatque manusque pedesque.

·i. decens ·i. nulla dispo.·

Attonitis nullus congruus est habitus.

Mentis maximum sibi dicere plura paravi

Sed timor exclusit dicere que volui.

Non sum qui fueram. vix me cognoscere possum.

Non bene vox sequitur. sed tamen inde loquor.

Alterius ville mea neptis mille salutes ·pamphilus galathee·

·i. obsequium· ·o galathea·

Per me mandavit. officiumque tibi.

·s. neptis mea·

Hec te cognovit. dum et nomine tantum

Et te si locus est ipsa videre cupit.

Illic me voluere mei retinere parentes

De quibus clausa villa redundat ibi.

.s. parentes .s. in uxorem
Hii michi spondebant cum summa dote puellam.
.s. bona que mihi dabant
Pluraque que non est cura referre modo.
Omnia postposui. tu sola michi placuisti.
Respueram pro te. quodque in orbe manet.
Ludendo loquimur. loquitur sic sepe iuventus.
Verbula mixta iocis. iurgia nulla movent.
Nos modo dicamus. cordis secreta vicissim.
Queque preter nos nesciet alter homo.
.s. quod nemo sciat preter nos. .s. tibi meam voluntatem.
Demus et inde fidem. fiat sic. postea dicam.
Primitus incepi. primitus inde loquar.
Nos modo concordes. debemus vera fateri.
.s. puella
Gratior in mundo te michi nulla manet.
.i. postquam
Ut te dilexi. iam iter pertranseat annus
Nostra nec ausus eram vota referre tibi.
Tempore non longo loquitur sapiencia surdo.
Solque diu frustra non decet inde loqui.
Te constanter amo. modo plus tibi dicere nolo
Donec tu dicas. quid placeat inde tibi.
.Galathea pam. Hic multi multas. multo conamine fallunt.
Sic fallit multas. ingeniosus amor.
Infamare tuo sermone vel arte parasti
.i. me
Quam vero falli non decet ingenio.
Querere tuus aliam incestis moribus aptam
Quam tua falsa fides. et dolus infatuet.

Sepius impediunt iustos peccata malorum. ·pamphilus galathee·
Sic nocet alterius non mea culpa michi.
Sed tamen auscultet me gratia vestra benigne
Et liceat domine dicere pauca mee.
Nam dominum celi testor quoque numina terre.
Non loquor ista tibi fraude vel ingenio. ·i· mala intencione·
Hoc manet in mundo te non michi gracior ulla.
Cuius amor videt meus animusque nichil. vel sic Cuius ulla meus animusque videt
Sed loquor incassum · tua mens puerilis et etas
Quid noceat aut prosit · noscere nescit adhuc.
Iunior antiqua · quamuis sit acucior etas. ·s· etate
Et cum multa senes plura vident iuuenes.
Et quamuis iuuenis · fac ut cognoscere possis
Cuius sim · que mea res · quis ve meus sit amor.
Ire · venire · loqui · nec non dare verba vicissim.
Esse simul tantum deprecor ut liceat.
Cunctarum rerum prudencia discitur usu.
Usus et ars docuit · quod sapit omnis homo.
Non nisi colloquio · cognoscuntur intima cordis.
Ipsa referre potes · quod placet inde tibi.
Ire · venire · loqui · tibi nec umquam prohibebo · Galathea pamphilo·
Omnibusque ubique vias iure viator habet.
Convenit · est et honor ut det responsa petenti
Et quoscumque videt quemque puella vocet. ·s· ut salutet·

Hoc concedo satis. vel tu uel quilibz alter
Ut veniat. saluo semp honore meo.
Auscultare licet et redde verba puellis.
Conuenit ista tamen ut moderanter agant.
Verbula si dederis. ridendo verbula reddam.
                    .s. michi
Sed si forte nocuit. hec tibi non paciar.
                                        .s. nos
Nos simul esse petis solos. simul esse recuso.
                  .i. secreto
Non decet in solo nos habitare loco.
Nam loca sola nocent. infamia nascit inde.
Lucius ergo tibi plebe vidente loquar.
.pamph' gala-thee. Non michi parua mo sz munera magna dedisti.
Sempe michi tantu sufficit alloquium.
.de
His meritis dignas nequo tibi redde grates.
          .s. meis   .s. tuu quod michi reddis.
Equari meritis non valet hoc meritum.
Sed fortassis adhuc veniet tempusqz diesqz
Quo se monstrabit siquis amicus erit.
Ne tibi displiceat non audeo dicere quicq
Quamuis te petem pauca libenter adhuc.
Nos alternatim. complexus. basia. tactus.
Ut dare possimus cum locus affuerit.
.galathea pamphilo. Quamuis illicitum complexus nutrit amore.
Et fallit dnam basia sepe suam.
Hoc solum paciar. sed tu nichil amplius addas.
      .i. a quolibz   .s. te
Nam quocuqz sine talia non paterer.

Sed modo de templo. veniunt utrique parentes
.i. culper
Et michi ne causer conuenit ire domum.
.i. satis
Tempora sat venient. pariter quibus ambo loquimur.
Sed memor interea quisque sit alterius.
Letior in toto me non est nec fuit orbe. .Pamphilus ad se ipsum.
Figitur in ripis anchora nostra suis.
Me subito nimium deus et fortuna beauit.
Nam diues redeo. qui miser ante fui.
.s. puelle
Illius hoc fructus quod sim meorum illa rogauit.
Quam de mente mea non labor excuciet.
.i. qualiter
Nec mecum sentit. ut eam desidero nescit.
Sum memor ipse sui. sit memor illa mei.
Pluribus expedior. et adhuc me plura coherceant
De quibus ipse meum nescio consilium.
Si studiosus eam verbisque iocisque frequentem
.timeo supple. .s. meas.
Auferat assuetas garrula fama vias.
Firmat amicitiam si nulla frequentia nostram
Non bene firmus adhuc forsan abibit amor.
.i. non usu
Usu crescat amor nisi decrescat in usu.
Omnis et impastus attenuatur amor.
Perpetue lignis crescit crescentibus ignis.
Detrahe ligna foco. protinus ignis abest.
curis Sollicitus tantis curis. tantisque periclis
.s. pectoris.
Detrahor in quantis nescio mille modis.

·s· an vadam ad eam vel non·
Hac ī re nullam video michi pspitate·
Non hr̄ et tutum mens mea ppositum·
Obstitit interdum fcīs fortuna virorum
Propositumqꝫ suo non sinit esse loco·
·s· fortuna
Sic multis nocuit· multos tamē illa beauit·
Viuit in hoc mundo taliter oīs homo·
Prouidet et tribuit deus ꝛ labor oīa nobis·
Proficit absqꝫ deo nullus ī orbe labor·
bonis
Sit de⁹ g̃o mei custos rectorqꝫ la
Qui mē gubernat opus· ppositumqꝫ meum·
Non meus interpres fuit fr̄qꝫ nepos qꝫ·
·s· ī fr̄e ꝛ nepote
Nam leuiter nullus inuenit inde fidem·
Iura fidemqꝫ nepos nescit seruare nepoti
·s· amoris
Nec frater fratri· cum furor ille venit·
·i· lux[illegible]
Causa pusilla nocet· sapiensqꝫ nocencia vitat·
Ergo nos aliam cōuenit ire viam·
·i· vetula
Hic ppe degēt anus· subtilis et ingeniosa
·i· luxuria ·i· amoris
Artibus· et veneris est apta ministra satis·
Postpositis curis ad eam vestigia vertam·
Et sibi consilium notificabo meum·

·panphylus ad vetulā·

Fama tue laudis nomēqꝫ tue bonitatis
Causa miserut me tibi consilij· ·fraudis· qꝫ meretrix est ꝛ copulatrix·
Que loquar auscultet pietas et grā vrā·
Alter et assensu nesciat absqꝫ meo·

Diligo vicinam tibi quam nostis galatheam.
Ipsa suus dominus me nisi fallar amat.
·quia non audeo·
Non loquor ut vellem· nam mille pericula vito.
Cuique morbe manet· sollicitatus timeo.
Ex minimo crescit· sed non cito fama quiescit.
Quamvis mentitur· crescit eundo tamen.
Parva nocent miseris· miseros mala mille sequuntur.
Hecque laborque meus spe manet indubia.
En mala nostra vides et nostra pericula nosti.
·scilicet ad galatheam·
Deprecor ut nostrum crimen eundo tegas.
Alter amat quam amas· et quam petis hoc petit alter· Anus pamphi[lo]
·scilicet alter·
Sed tamen assensum non habet ille meum.
Est nimis ille probus· et honesta coniuge dignus.
·scilicet munus·
Et mihi displicuit· quod dare proposuit.
Promisit veteres cum pellicio mihi pelles
Sic sibi vile meum nititur ademit opem.
Si datur ad tempus dat et aufert commoda munus.
·scilicet munus·
Ius legesque suo destruit ingenio.
Quam petis ut credo nisi per me nullus habebit.
Nam nimis illa meo subiacet imperio.
·ego·
Insuper ipsa sui sum dux et conscia facti.
Et facit ipsa meis omnia consiliis.
Non loquor ista diu tibi· me premit altera cura.
Carpat quisque viam· et sibi querat opem.

Pamphilus ad anum. [.i. valet in se omnia]
Hoc michi prestat opus · nec me premit altera cura ·
Hac michi si dederis · omnia prestiteris ·
[.i. alienos]
Convenit externos mercari sepe labores
Emptus et ut capiat premia digna labor ·
Nulla parte tuum frustrabor crede laborem
Sunt quibus indigeo si michi provideas ·
Deprecor hoc unum mercedis dic michi nomen
Et quecumque tibi dixeris ipse dabo ·

Anus pamphilo. Plura petunt · et plura volunt · quibus instat egestas
[.i. dicere]
Quantis indigeo tanta referre pudet ·
Divitias multas habui dum floruit etas ·
Copia discessit · pluribus indigeo ·
Me mea debilitas nimis expoliavit et etas ·
Est sine profectu tempus inane michi ·
Commoda nulla facit arsque laborque meus ·
Si modo nostra tibi prodesse iuvamina sentis
Deprecor ut pateat hinc michi vestra domus ·

Pamphilus anui. Hinc tibi nostra domus · et cetera nostra patebunt ·
Sitque sub imperio copia nostra tuo ·
Multum grata michi concordia nos modo iunxit ·
[.s. te] [.s. inter te et me]
Pactaque sollicitet inter utrumque fides ·
Hinc precor ut vigilet sollercia vestra benigne ·
Et ratione sua rem bene provideat ·
Principium finemque simul prudencia spectat ·

Rerum finis habet crimen. et omne decus.
Verbi principium. finemque conspice verbi
Ut possis melius premeditata loqui.
Hac manet in villa nimium formosa iuventus. Anus commendat pamphilum apud scriptum.
Crescit et in cunctis moribus ipsa bonis.
Non fuit in nostro melior nec dulcior evo.
Suscepit ipsa meam tam bene pauperiem.
Precellit cunctos omni bonitate coevos
Pamphilus. et socios laudibus exsuperat.
Est stulto stultus. et miti mitis ut agnus.
Stultitie sapiens iure resistit homo.
Non manet hac tante pubes probitatis in urbe.
Quas acquirit opes non habet ingluvies.
Est nimis ille probus. bona namque fuit eius origo.
Arbore de dulci. dulcia poma cadunt.
Vel sic. permonstrat prolem signis natura frequenter.
Non monstrat segnis prolem natura frequentem. .i. sagacem.
Sepe solet filius similis esse patri.
En iuxta portam video stantem galatheam. Anus galathee.
Queque locuta fui forsitan audierat.
Hic non esse modo quamquam galathea putabam.
Sed tamen ipsam modo vera locuta fui.
Pamphilus hac certe pre cunctis pollet in urbe.
Egregie vitam providet ipse suam.

Illi semper honor . et laus . et gloria crescit .
Et merito nullus invidet inde sibi .
Est nimium locuplex . sed non tamen inde superbit .
Illius et nullum copia crimen habet .
Esset ut ille tuus vellem galathea maritus .
Hec et eadem velles rem bene si saperes .
Velle meum dixi . sed non tamen ille rogavit .
Vos simul esse meum iudicat arbitrium .
Et genus et probitas . et forma decens utriusque
Mecum concedunt vos simul esse duos .
Nostra modo vacuis deducimus ocia verbis .
Res tamen in medium grandia parva movet .
E minima magnus scintilla nascitur ignis .
Et generat parvum grandia principium .
Mens mea concepit harum primordia rerum .
Atque loqui nostris cepimus inde iocis .
Sed si rebus in hiis tua mens animusque movetur .
Si places . an potius displicet inde loqui
Deprecor ut dicas . que dixeris ipsa tacebo
Si celare velis . sive referre, loquar .
Dic michi nec dubita . stultum depone pudorem .
Hic venit a sola rusticitate pudor .
· Galathea anu · // Non michi rusticitas . stultus pudor obstat .
Sermo sed admiror quo (i. unde) venit iste tuus .

·huc miro

Huc miror si te casus transmisit an ille
Pamphilus. an querat premia sermo tuus.
Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum. An(us) galathee.
Penas sepe luit. quas homo non meruit.
Quamvis pauper ego. non sit michi p(ro)xima q(ues)tio.
Nam michi sufficiens est mea pauperies.
Primitus ut dixi. mea mens conceperat istud.
s. p(re)t(er) me
Alter non novit. conscius omnis abest.
Hoc satis esse potest. si vos simul esse velitis.
Hoc et uterque potest absque pudore pati.
i. tu galathea.
Nobilis ille quidem. nec nobilis es minus ipsa.
Et utriusque satis nota propago michi.
s. tu
Pulchrior hic sociis. prestantis pulchrior ipsa.
Cum specie species convenit atque placet.
Hoc utrumque probat par copia parque iuventus.
s. q(uod) mitto debes ei iungi.
Famaque si sileret ipsa probaret idem.
Quando pares estis. sociari iure potestis.
Desiat in vobis nil nisi solus amor.
s. meus
Quod michi nunc dicis. dicere deberet amicus. Galathea ano.
i. mariti
Assensu quorum coniugis opto thorum.
Hos prius alloquere. vel tu vel pamphilus ille.
Res erit ad libitum pulchrior ista suum.
i. nuptie tue
Convenit ut tua sit consensu teda parentum. An(us) galathee
i. amor.
Sed tuus interea mitiget ignis ei.

Excercet corda iuuenum venus ingeniosa.
Cuius per hoc studium concipit ingenium. ·s· veneris
Incitat hec animos. dat largius. odit auaros. ·s· venus
Leticiam sequitur. rusticiamque fugit.
Narraret nullus quantum veneris valet vsus.
Huic nisi parueris rustica semper eris.
·Gala· ad anum· Hec veneris morem. virgo cito perdit honorem.
Igneus ille furor nescit habere modum.
Non leue pondus habent violenta cupidinis arma.
\+ His male seductis quoque puella timet. ·s· pudica
Sepius immeritas maculat fama puellas.
Omnia nec cessat carpere liuor edax.
Quod petis annuerem. fame nisi verba timerem.
\+ Que magis in tali crimine lumen habent.
·an᷉ galath· Rebus in hijs maior nimis est infamia vero. ·i· vitare
Sed prestat verum rumor et ipse cadit.
Murmura rumoris causamque leuando timoris
Vos vtrosque iocos calliditate tegam.
Nam veneris mores cognoscimus et artes.
Et sic tuta meo res erit ingenio.
Illum cum videam. mi consule quid sibi dicam.
Que tu predices tucius ipsa loquar.
·galath ad anum· Nescio velle meum tibi secretumque fateri.
Nam dolus insidias tendit vbique suas.

Sed tamē experiar · que sit tua lingua fidesq; ·
Et qua parte tuū me trahat ingenium ·
Pamphilus ipē meū pecijt sibi nup amorem ·
Nos simul et vera iunxit amicitia ·
Sed nimis hoc cela · sibi solo posco reuela ·
·s· q diligā eū
Non prius incipias hac ratiōe loqui ·
Illū sepe prius multo mollimīe tempta ·
Quod dixi · dicet forsitan ille tibi · ·s· q amet me ·
Nunc modo discede · fac et precor oīa caute ·
Et tibi que dicet cras michi cūcta refer ·
Multociens hoīs frustratur spesq; laborq; Anus pamphilo ·
Non res ut volum⁹ pamphile nrā venit ·
Tardius ad vrm̄ nimis aduocor ipā iuuamē ·
Iam prodesse nequ͡d arsq; laborq; tibi ·
Res ut testatur galathee teda paratur ·
Maior enim cultus quos pat ipā domus ·
Sūt etiā cause quibȝ illud suspicor esse ·
Sed suus ista tamē celat uterq; parens ·
Hec tibi que dico · sapienci⁹ accipe posco ·
Vte q esse neq̄t · q̄re q esse potest ·
Heu michi quo fugiūt vires et corpis usus · Pamphilus ad anū ·
Mens mea non seruit nec mea lingua michi ·
Heu miser in mēis · ē nulla potencia menbris ·
Hoc vnū quodq; suum denegat officium ·

s. meis
Spes mea me lesit. per spem venus omnibus hesit.
i. amor
Spes mea tabescat. nec minus ignis abest.
i. vela
Nulla parte suos cernunt mea carbasa portus.
i. terram
Nec sentire potest anchora nostra solum.
i. ubi
Nesciat nostra suam quo querat cura salutem.
i. dat
Fert galathea mei sola doloris opem.
Causa mee mortis. hec est michi causa doloris.
Qua si non patiar. cum placet inde mori
Amicus pamphili. Stulte quid insanis cur te dolor urget inanis.
Acquiret gemitus premia nulla tuus.
Temperet ergo tuum modus et prudentia fletum.
Terge tuas lacrimas. prospice quid facias.
Concipit ingentes animos immanis egestas.
i. sapientem — s. egestas
Et facit artificem sepius hec hominem.
Ars hominis superat nimium studiosa periclum.
Te labor arsque vigil forte iuvaret ad hoc.
Pamphilus ad amicum. Quis labor heu tantum posset superare periclum.
i. nuptiarum galathee
Spes mea tota perit. imminet hora thori.
Nec vivente suo michi nubet illa marito.
Crimen legitimos est violare thoros.
Ad nichilum prorsus meus est labor iste redactus.
Et mea cura sue perdidit artis opem.
s. in
Nulla dies mitem dabit et nox ulla quietem.
Semper me miserum vexat inanis amor.

Sepius exigua dolor ingens labitur hora. Anus pamph.
Ingens et primis ymbribus aura cadit.
Estque serena dies post longos gratior ymbres.
Et post triste malum dulcior ipsa salus.
Tu modo respira. dolor absit fletus et ira.
Suntque magna tue gaudia tristicie prope
Fim velle tua faciet nobis galathea.
Omnino nostris se dedit imperiis.
Ut pia promissis matrum sollercia vanis .pamph. ad anum.
Plorantes pueros admonet. ut taceant.
Sic me fortassis falso solamine pascis
Ut dolor a tristi (.s. meo) pectore tristis eat.
Accipitris volucris dilapsus ab ungue feroci .An⁹ pamph.
Anceps (.i. avis) incertis timet hunc esse locis.
Sic me nulla tibi mentiri causa coegit.
Omnia que dixi vera sed invenies.
Si modo vera refers. et verum protulit illa. pamph ad anum.
Tunc dolor a nostris cordibus omnis abest.
Sed sua non semper sequitur primordia finis.
Inceptum casus (.i. eventus malus) sepe retardat onus.
Cursus fatorum nescit mens ulla virorum. .An⁹ pamph.
Solius est proprium scire futura dei.
Desperare nocet. labor improbus omnia vincit. l' sic: omnia labor improbus implet.
Arsque vigil magnas sepe ministrat opes.

Sorte sub ambigua spes et labor omnis habet.
Crescat principio spes tamen ipsa bono.

·Pamphilus ad anum·
Noscere nomine potes hec si me diligit an non.
Vix celare potest intima cordis amor.

·Anus pamphilo·
Cum loquor eius adest michi mens animusque loquenti.
Dulciter omne meum suscipit alloquium.
Circuat et ipsa suos circum mea colla lacertos.
A te missa sibi dicere verba rogat.
Dumque tuum nomen racionis nominat ordo.
Nominis amore tui stat stupefacta tui.
Dum verbis fruimur palletque rubetque frequenter.
Festaque si taceo me monet ipsa loqui.
His aliisque modis cognoscimus eius amorem.
Nec negat ipsa michi quin sit amica tibi.

·Pamphilus ad anum·
Nunc mea spes per te successus sentit adesse.
Crescit et auxilio gloria nostra tuo.
Improbus interdum dubios labor expedit actus.
Magnaque tollit iners commoda segnicies.
Quantumcumque potes ceptum propera laborem.
Nec mora segnis opus auferet ulla tuum.

·Anus pamphilo·
Ut reor ecce tibi per me tua vota parantur.
Sed promissa michi res manet in dubio.
Est mens nostra suis contraria sepe loquelis.
Nec bene sequimur omnia que loquimur.

Irrita evacuat · irritat provocat ira ·

Irrita venales fallunt promissa labores ·
Cum fides felix · nil michi forte dabis ·
Est scelus immensum · si dives fallit egenum · pamphilus ad anum ·
Te quoque si fallo · gloria nulla michi est ·
Nec tenet quemquam mea fraus sic prodidit (i. decepit) umquam ·
Famaque si queram crimine nostra vacat ·
Estque fides nostri constans fiducia verbi
Que tibi tuta facit omnia que metuis ·
Plebs timet ingenio superari pura potentum · · anus pamphilo ·
Iura cadunt · causa pauperis exigua ·
Est et ubique fides presto spoliata decore ·
Que teritur sceleris artibus innumeris ·
Nulla tamen fortuna potest obsistere fatis ·
Dat mare sepe metum · nulla pericula tamen ·
Que promisisti fortune munera mando (i. omitto) ·
Sed que promisi dona tamen capias (capies) ·
Convenit ut vadam nunc exorare puellam
Si placet ut veniat huc tibi sola loqui ·
Si vos nostra simul sollercia collocat ambos ·
Si locus affuerit · te puto esse virum ·
Mens animusque manet inconstans semper amantum ·
Parvaque forte dabit quod petis hora tibi ·
Occultare nequit sua lumina maximus ignis · Anus galathee ·
Occultare potest nec sua vota venus ·

Omnis variarum michi panditur ordo viarum ·
Quarum mente memor · vix teneo lacrimas ·
Nunc cognosco satis quod non sapienter amatis ·
Res est ipsa sue nuncia tristicie ·
Pallida turbatum facies manifestat amorem
Atque dolore gravi pallida facta cutis ·
Pamphilus ille miser · miser est nimis omnibus horis ·
Quam male duriciam compit ille tuam ·
Nocte dieque satis pueriliter ille laborat ·
Nam sibi nulla refert semina durus ager ·
Cuius nisi mentis inops · sua semina mandat arene ·
Cum mercede labor gracior esse solet ·
Nunc tua forma prius · et post tua lingua fefellit ·
Hisque duobus eum vulnerat acer amor ·
Ut promissa sibi · non medicina fuit ·
Aspeque sibi gravior affuit ipse dolor ·
Nunc ope plaga caret · dolor eius semper habundat ·
Et licet ipsa taces · te quoque flamma gravat ·
Plaga malum sepe parit inobella neremque ·
Vos quoque res amor sepe gravare solet ·
Ergo quid inde vehis celeri tibi conspice mente ·
Et tamen sint animi nuncia verba tui ·
·Galathea ad anum · Me primum igniferis venus impiba sepius armis ·
Instruit michi vim faciens semper amare iubet ·

Hec iubet et contra pudor et metus esse pudicam.
Hincque coacta meum nescio consilium.
Sit timor iste procul. hic non est causa timoris. An(us) galathee.
Hic neque in hiis rebus proditor ullus erit.
Ut tuus existat. hoc tantum pamphilus orat.
Sitque omnis ad hoc cura laborque suus.
Mille modis artes habitus perdidit inuicem ignes.
Cum modo flens grauiter talia uerba refert.
Et galathea meus dolor. et medicina doloris.
Hec dare sola potest uulnus opemque michi.
Illius ad lacrimas pietas me flere coegit.
Sed tamen intacto pectore leta fui.
Omnia cernebam sic uelud ipsa uolebam.
Ardentes sensi uos simul igne pari.
Ledere flamma solet. precor ergo parcite uobis
Uosque duos mecum iungere possit amor.
Quod petis affectu nichil michi carius esset. Galathea ad anum.
Si meus annueret istud uterque parens.
Istud enim nostris fieri non conuenit aulis.
Si bene uellemus. non locus esset ad hoc.
Nam meam mater michi custos semper habetur.
Totaque me seruat nocte dieque domus.
Ingeniosus amor portas et claustra relaxat. an(us) galathee.
Uincit quodque obest ingeniosus amor.

Vanos pelle metus. pueriles corrige curas.
Mecum dulcis amor te petit ut venias.

Galathea ad anum.

Es modo facta mee furtiue conscia mentis.
Huius et es melior pars michi consilii.
Ut michi consilium te deprecor utile dones.
Hoc te non pudeat consuluisse michi.

Anus galathee.

Est pudor atque nephas. seducere fraude puellam.
Hoc decus et magnum crimen habere potes.
Non pudibunda tegam famam (s. ego) ... ante loquatur (caput)
Et me facta negans consuluisse tibi.
Aut quicumque meus volet hic contrarius esse
Proferat huius rebus quisquis obesse potest.
Viribus hunc meum veniat contendere qui vult.
Aut victus taceat. aut modo victor eat.
Quam acius metuam ro compesceret illum.
Cum racione nichil diceret ipse michi.
Vir bonus (s. pamphilus) et sapiens. genus altum. copia grandis.
Dulcis amor. nostri pars erit auxilii.
Fama loquatur taceat. taceat quoque nomen iniquum.
Absque pudore bonas res habet ista vias.

Galathea ad anum.

O deus in quantis animus versatur amantis.
Quem timor hac illac pellit amorque gravis.
Hii duo discordes (s. timor et amor) hunc (s. amantem) nocte dieque fatigant.
Esse quod optat amor. hoc vetat esse timor.

Semper amans deleā pati bene debet amātis ·
Culpe cōmunis fer pacienter onus ·
Eu remeabit auus · tristes p̄cor exue vultus ·
Ne nos per lacrimas sentiat esse reos ·
Ante fores vacuus tenuit me femina nugis · An⁹ pamph et gallathee ·
·i· tulliū
Que maritum proprio vinceret eloquio ·
Cur galathea tuos corrūpis lumina fletu ·
Quem michi demōstras hic dolor unde venit ·
Absens quando fui · quid tecum pamphilus egit ·
Te galathea p̄cor ordine cuncta refer ·
Conuenit ut queras · nos quasi nescia casus · Galathea ad anū ·
Cum res consilijs tota sit ista tuis ·
Fructibus ipsa suis que sit cognoscitur arbor ·
Tuque michi factis nosceris ipsa tuis ·
Poma nucesque michi dare nō bene disposuisti ·
Cum tuus iste fuit pamphilus ante fores ·
Vt locus esset adhuc tua te vicina vocauit ·
Quod spoliata forem virginitate mea ·
·promere laus
O quam magna foris te fecit causa morari ·
Quam bene vrā suas ars tegit insidias ·
·vrm· ·vrā·
Impleuere suos scelus et fallacia cursus ·
In laqueum fugiens decidit ecce lupus ·
·i· de hoc fc̄o
Increpor iniuste · p̄cor hīc michi tunc abesse · Excusacio an⁹ contra gala ·
·i· excusabo·
Qua rōe velis me satis expediam ·

Et tanti vestre male nomen criminis huius
Convenit. ars tanti nec studiosa mali.
Si qua modo concepta locis contencio vobis
Accidit absente que michi causa fuit.
Sit quecumque potest. nichil ad me lis utriusque
Quam movet insipiens non ego vester amor.

Anus pamph.
Dic tamen ignoti seriem michi pamphile facti.
Huius origo mali ne sit operta michi.

Pamphilus ad anum.
Arguor criminis si scires crimine cuncta.
Est michi meritis durior ista meis.
Sed decet archanum celari semper amorem.
Nam dixisse pudet cum furor omnis abest.
Tantum [illegible] tibi rixas convenit [illegible]
Quod superest inter nos hoc decet esse duos.

Galathea pamphilo.
Pamphile dic illi mores quasi nesciat actus.
Nes ut percipiat qualiter ista venit.
Quod tibi consulitur a te quasi nesciat querit.
Ut videatur in hoc non nocuisse michi.

Galathea ad anum.
Artibus innumeris michi decipit plura pasti.
Sed tamen indiciis ars patet ista suis.
Sic piscis cum iam captus concipit hamum.
Sic avis humanos capta videt laqueos.
Et modo quid faciam. fugiam captiva per orbem.
Hostia iure michi claudet uterque parens.

·s. amans
Quid faciat nescit. semper per devia currit.
Errat. et errando vulnus amoris alit.
·i. assidue
Me sibi subdit amor. illi licet usque rebellem.
Meque repugnantem fortius urit amor.
Sic afflicta diu. casso quoque fessa labore
·s. mecum
Mecum loquor. quod sic vivere malo mori.
·i. sicut
Ut maiora suo surgunt incendia motu ·Anus galathee·
Sicque repugnando maior et ira furit.
·i. talis
Sic venus ipsa suis ipsi sibi noxia bellis
Surgit. et opposita vulnera lite fovet.
Non potes ergo tuas bellis extinguere flammas.
Sed cum pace tuus minor ignis erit.
Imperio veneris fac dum tu miles haberis
Ne tibi sit dampno lisque laborque tuus.
·s. tu
Insipiens temere. male perdens gaudia vite.
Teque tuosque dies noxius error habet.
·s. pamphili
Tantum mente vides vultus absentis amici.
·s. vultus
Nocte dieque tuos non videt ille minus.
Alter in alterius fert tantum lumina vultus.
Res dabit ambobus ista morando necem.
Sed reor id quod amas leviter depellere tedis
·i. separationis
Huius dissidii mors fera finis erit.
·s. tue
Parce iuventuti. complecte gaudia vite.
Leta decet letis pascere corda iocis.

Et modo sola veni paulisper ludere tecum.
Hec tibi nostra domus poma nucesque dabit.
Vix erit iste meus sine fructibus angulus usque.
De quibus certe potes quolibet ipsa frui.
Sed modo nescio quis vir commovet hostia nostra.
Vir fuit aut ventus. sed reor esse virum.
Est homo. per quandam nos conspicit ille foramen.
Pamphilus est. vultus si bene nosco suos.
Arte seram retro paulatim usque reducit.
Ad nos ingreditur. quid modo tesso loqui. (i. cur sum tacita)
Anus pamphilo. Cur furiose fores confringis pamphile nostras.
Emptas nempe meo destruis ere (i. pecunia) fores.
Quid vis. vel cuius venisti nuncius ad nos.
Dicere si quid habes dic. celer atque redi.
Pamphilus galathee. O galathea mee super omnia causa salutis.
Da michi per longas basia mille moras.
Non tamen hiis sumptis sitientis meus ardor (i. amor) abibit.
Sed crescit placidis acrior ipse iocis.
En ego tota meis mea gaudia claudo lacertis.
En amplector onus dulce piumque michi.
Huc mea perduxit felix vestigia casus.
Nam tenet iste locus id quod amo melius.
Anus pamphilo. Me vicina vocat. loquar illi iamque revertar.
Nam nimis hec (s. vicina) vereor huc modo ne veniat.

[Q]uod clamas. ista fingit, q[ua]si vicina [illegible] vocaret.

Quid clamas. propero veniens. hec hostia claudo.
Nullus enim remanet hic nisi sola domus.
Me mea cura tenet. michi dic cito dic que vis.
Me tecum longas non decet ire vias.
En modo dulcis amor. viridisque iuuenta. locusque. pamphilus galathee.
Nos galathea monet pascere corda iocis.
In lasciua venus nos ad sua gaudia cogit.
In suos vsus nos iubet ire venus.
Quid moror. huius ope supplex mea vota requiram.
Tu paciens voti deprecor esto mei.
Pamphile tolle manus. te frustra nempe fatigas. Galathea pamphilo.
Nil valet iste labor. quod petis esse nequit.
Pamphile tolle manus. male nunc offendis amicam.
Iamque redibit anus. pamphile tolle manus.
Heu michi quam paruas habet omnis femina vires.
Quam leuiter nostras vincis vtrasque manus.
Pamphile more tuo cur pectora pectore ledis.
Me sic tractari. est scelus atque nephas.
Desine. clamabo. quid agis. male detegor. aie.
Perfida me miseram quando redibit anus. vel sic Iamque refellit anus
Surge precor. nostras audit vicinia lites.
Quod tibi me dedit. non bene fecit anus.
Vlterius tecum non me locus iste tenebit.
Non me decipiet vt modo fecit anus.

Huius victor eris fr̄i·licet ipā reluctet·
Sed tamē inter nos rumpitur omnis amor·
·pamph̄ gala thee· Nos modo paulisper requiescere cōueīt ambos
·i·fessus Dum fricto cursu nr̄ anhelat equus·
·s·faciē tuā a me Quam male dilecto respectum luminis aufers·
Cur q; lauas lacrimis fletibus ora tuis·
·s·a me Sum reus ex toto. modo quaslibet accipe penas·
Et maior meritis pena sit ista meis·
Et quecūq; voles paciens adverbera persto·
Sic peccasse tamē non mea culpa fuit·
Et modo iudiciū si vis veniam q; ad equū·
Aut sim liber adhuc·aut racione reus·
Ardentes oculi·caro candida·vultus herilis·
Verbula·complexus·basia grata·locus·
Fomentū sceleris michi principiumq; dedere·
Insuper hortator hijs michi rebus amor·
·s·pdcis His furor increuit·rabiesq; libidinis arsit·
Hortanturq; sequi fc̄a nephanda michi·
Iste meos sensus subuertit pessimus ardor·
Per que nr̄a tibi gracia surda fuit·
De quibz accusor·meritis culpabilis esses·
Fons huius fueras materiesq; mali·
Tam grauis ira diu non cōuenit inf̄ amātes·
Sed si forte venit·sit tamē illa breuis·

Mecior hinc illuc oculis vigilantibus orbem
Leta tamen misere spes michi nulla manet.
Ut grauiter doleat non ꝑ timet ad sapientem — Au[ctor] galathee et pamphilo.
Cum dolor ad dīm premiā nulla ferat.
Hoc moderanter habe reparari q nequit arte. [i. sustine]
Cum male persuasit inmoderatus amor.
Conuenit ad viros modus et prudēcia casus.
Quodqꝫ sequi deceat querere consilium.
Mordet enim grauiter discordia pectus amantis.
Et fouet in bellis vulnera seua suis.
Que bene vos foueat placidam cōcedite pacē.
Hec tua sit coniux. vir sit et iste tuus. [o pamphile] [o galathea]
Per me votorū iam compos vterqꝫ suorū.
Per me felices. este mei memores.

Explicit pamphilus :-

Sing.
Poet.
[illegible]

Hoc Poema auctorem habet Pamphilum
Mauritianum infimae aetatis Monachum
Prodiit primum Venetiis 14[illegible] 4to. deinde
in Historia Poetarum medii aevi Polycar
pi Leyseri Hal: Magdeb: 1721. 8. Scripsit
praeterea Pamphilus Libros tres de Schola
quos Ovidio attribuebant nonnulli.
et memoratur a Beda

·hos mox flores·

191